cantu falsi bordonis nuncupato, ac insuper, ut dictorum Con-
fratrum liberalitas magis patefiat ad magis indigentes car-
ceratos liberare, illorum partibus satisfacere, & in die Annunti-
ationis beatæ Mariæ Virginis mensis martii cuiuslibet anni
de aliquibus elemosynis pro non-nullis pauperibus: Puellis, nuptui
tradendis concordare, singulis uero diebus ueneris, quatuor tem-
porum & uigiliarum, carceratos aut Hospitalia Visitare faciẽdo,
& elemosynas, ex bursa cõmuni, uel particulari, ac insuper ut

unusquisq, certò sciat illa omnia quæ facere & obseruare te-
netur, singulis tribus mensibus congregatis ipsis confratri-
bus Prior seu Vicegerens per Secretarium alta uoce, legi
eorum statuta, Et super vnoquoq, articulo per modum ex-
plicationis, monere Vnumquemque de suo officio, ac prohi-
bere eidem Secretario, ne copiam dictorum Statutorum
alicui absque Prioris seu Vicegerentis licentia tradere de-
beat, & possit ac ualeat, et alias prout in dictis statutis
seu aliis scripturis desuper confectis plenius continetur.
Cum autem Pater Sancte tam dicta creatura quam Prior &
confratres prædicti erectionem confraternitatis & alia præmissa
sanctitatis uestre & sedis Apostolicæ, auctoritate confirma-
ri & approbari & ut dicta Confraternitas uotiuæ prosperi-
tatis incrementis iugiter proficiat: illiusq, confratres pro tẽ-
pore existentes salutaribus operibus & exercitiis prædictis
eo feruentius insistant, & alii christi fideles eorum confor-
tio libentius se adscribi procurent, propterea confraternitatẽ
ipsam amplioribus spiritualium gratiarum donis augeri
& cumulari plurimum desiderant, Supplicant humiliter sanc-
titati uestre dicta creatura & Rector & Confratres deuoti
oratores uestri quatenus ipsis specialibus fauoribus & gra-
tiis prosequentes, erectionem & institutionem Confraterni-
tatis huiusmodi, sicut canonicè facta fuit, necnon statuta
& alia præmissa, Apostolica auctoritate approbare & cõ-
firmare, illisq, perpetuò & inuolabiliter, firmitatis Aplica

robur adicere omnesq; & singulos iuris & facti defectus si
 qui interuenerint in eisdem suplere, irritum quoq; decerne-
 re, nec non omnibus & singulis Vtriusq; sexus christi fidelibus
 uere penitentibus, & confessis, qui pro tempore in contra-
 tres dicta confraternitatis, admissi & recepti fuerint, in
 die admissionis, & receptionis cuiuslibet eorum si Sanctissi-
 mum eucharistia sacramentum sumpserint, ac tam ipsis quam
 aliis pro tempore existentibus confratribus predictis etiam
 uere penitentibus, & confessis, in cuiuslibet eorum mortis ar-
 ticulo ac illis similiter uere penitentibus, & confessis qui tã die
 Cœnæ domini officijs diuinis in capella dictorum Confratru
 recitandis, quiq; uespertina eiusdem diei, nec non octaua festiui-
 tatis Sacramenti Corporis domini nostri Iesu Christi fieri so-
 lita, processionibus interfuerint ac inibi pias ad Deum præces
 prout unicuiq; suggeret deuotio effuderint, plenariam omniũ
 suorum peccatorum indulgentiam & remissionem, in forma
 ecclesie consueta misericorditer in domino perpetuò concedere
 ac insuper, omnibus & singulis utriusq; sexus Confratribus prædic-
 tis aliisq; omnibus utriusq; sexus christi fidelibus qui uesperis, &
 aliis orationibus in uigilia, maiori Missa & Vesperis in die festi-
 uitatis, Exaltationis Sanctæ Crucis celebrandis interfuerint,
 Septem annos & totidem quadragenas de iniuntis, & pro Con-
 fratribus uidelicet tantum perpetuò, pro aliis uero ad decenniu
 dum taxat ac eisdem Confratribus qui aliis processionibus per
 eos pro tempore faciendis dominicis ac aliis festiuis seu non fe-
 riatis diebus recitationi officij ac celebrationi **missarum** &

aliorum officiorum diuinorum in capella dicta confraternitatis
prima cuiuslibet mensis sexta feria Veneris nuncupata de lau-
dabili consuetudine & institutione dicta Confraternitatis,
celebrandorum deuote interfuerint, seu sanctissimum Eucha-
ristia Sacramentum dum ad aliquem Infirmum defertur, vel
Corpora Confratrum sepultura Ecclesiastica tradenda associa-
uerint seu eorum Anniuersariis astiterint, & litaneas cum
collecta **Qui passus est pro nobis, & orationem. Deus**
Venæ largitor, recitauerint uel pro cuiuslibet confratru
predictarum animarum salute quinquies orationem domi-
nicam, & toties salutationem angelicam, cum Versiculis. **Re-**
quiem & recitauerint miserabiles personas adiuuerint aut
pacem inter inter inimicos consiliauerint, vel corpus iuxta dis-
ciplinam ipsius Confraternitatis afflixerint, & macerauerint
pro qualibet vice, qua aliquid premissorum fecerint, Centum
dies de eis iniunctis seu alias quomodolibet debitis penitentis
misericorditer in domino relaxare, concedere & indulgere
digneris de gratia speciali, non obstantibus premissis ac con-
stitutionibus & ordinationibus apostolicis, & confraternitatis
predicta statutis etiam iuramento roboratis, prius priuilegiis
quoque indultis & literis apostolicis eisdem, illorumq, Priori su-
perioribus & personis sub quibuscunque tenoribus & formis ac
cum quibuslibet, clausulis & decretis, in contrarium, quomodo-
libet concessis, quibus omnibus etiam si de illis hac uice dum-
taxat specialiter & expresse derogare placebit, ceterisq, con-
trariis quibuscunque cum clausulis oportunis. **Fiat ut**
Petitur. 

ET CVM ABSOLVTIONE

a Censura ad effectum ac & quod dispensatio oratorum
 nec non statutorum, & quarumcumq; scripturarum super praemissis
 confectarum, etiam uerborum & totius tenor ac data habeantur
 pro expressis & incertis seu in toto vel parte exprimi possint &
 etiam de uerbo ad uerbum inceri & de approbatione, confirmatione,
 adiectione, suppositione ac decreto relaxatione aliisque singulis in
 praemissis ut supra in forma gratiosa latissime extendendis ad
 perpetua rei memoriam, & cum oportuna si uidebitur, executorum
 deputatione qui assistant ac etiam sub censura ac cum facilitate
 aggrauandi ac inuocato brachii secularis ac derogatione dictarum
 non tamen trium latissime extendendarum & quod praemissorum
 omnium & singulorum etiam qualitates, inuocationis, denominationis,
 nuncupationis, situationis cognomen, aliorumque necessariorum
 maior & uerborum explicatio fieri possit in literis expediendis
 indulgentiarum & peccatorum remissione a concessione indulto,
 derogatione aliisque. **Fiat ut petitur. DATVM. Romae.**
 apud Sanctum Petrum nonis decembris anno septimo

SIGNATURA Apostolica
 continens Indulgentias concessas Confraternitati D. Hieronimi Penitentium caruleorum
 Diocesis Tolosae, per Clementem Octauum

Pontificem Maximum, Anno tertio sui Pontificatus & nonis Decembris seu. 1594. die. 5^a. decēbris.

BEATISSIME PATER

cum in Ecclesia sancti Antonii de sancto Antonio tolosanensi, ordinis sancti Augustini Vna pia & deuota utriusque sexus christi fidelium non tamen unius specialis artis confraternitatis Sancti Hieronimi Penitentium Caruleorum nuncupata ad omnipotentem Dei laudem & honorem ac animarum salutem proximique subuentionem canonice erecta & instituta, existat, cuius Prior & Confratres perpetuo quam plurima, Charitas, pietas, & misericordiae opera exercere consueuerunt. Ut autem illi nec pro tempore existentes dictae confraternitatis confratres in eiusmodi exercitio operum piorum confoueantur ac magis ad ea in posterum exercenda nec non praedicti sexus christi fideles ad confraternitatem ipsam ingrediendam per amplius inuentum dictaque ecclesia indebita ueneratione habeatur & a praedicti sexus christi fidelibus congruis frequentetur honoribus, illique eò libentius ad ecclesiam ipsam deuotionis causa confluant quo ex hoc dono caelestis gratiae uerius consequerint se resectos.

SUPPLICANT igitur humiliter sanctitati uestrae deuoti illius oratores Prior & Confratres praedicti, quatenus, omnibus & singulis eiusdem sexus, christi fidelibus uere penitentibus & confessis qui dictam

confraternitatem pro tempore in perpetuum ingredien-
 tur & in ea recipiantur, die prima illorum ingressus, &
 receptionis huiusmodi, si Sanctissimum Eucharistia Sacra-
 mentum sumpserint plenariam, nec non tam ipsis quam
 omnibus & singulis aliis nunc & pro tempore existentibus
 eiusdem confraternitatis Confratribus pro tempore ubi-
 libet decedentibus, etiam uere penitentibus & confessis
 ac sacra cōmunionē refectis in eorum mortis articulo
 piū nomen **Iesus** corde si ore nequuerint inuocantibus
 quique feria quinta, quarta & sexta, hebdomada sancta, aut
 in aliqua seu aliquibus illorum diuinis officiis in dicta
 ecclesia celebrari solitis interfuerint si dicta feria qui-
 nta prædictum sanctissimum Sacramentum etiam sumpserint
 ac processiones per ipsos Confratres fieri so-
 litas comitati fuerint, & qui alii processioni dicta con-
 fraternitatis die dominica infra octauam festiuitatis
 prædicti sanctissimi Sacramenti celebrari solite
 adfuerint si eodem die dicto sanctissimo Sacramento
 refecti fuerint, etiam plenariam omnium & singulorum
 peccatorum suorum indulgentiam & remissionem mise-
 ricorditer in domino concedere & largiri. Præterea
 tam ipsis Confratribus quam vniuersis & singulis aliis
 eiusdem sexus, Christi fidelibus, similiter uere penitē-
 tibus & confessis qui die festo prædicti Hieronimi ec-
 clesiam prædictam a primis Vesperis, usque ad occa-
 sum diei festi huiusmodi, annis singulis, deuotè visita-

uerint & inibi pro exaltatione sanctæ matris eccle-
siae & heresum extirpatione & hereticorum reductione
nec non infidelium conuersione atque inter Principes
christianos, conseruanda pace, concordia & Vnione pi-
as ad Deum preces effuderint, quocunq; die festiuo
prædicto id pro tempore fecerint. Quoad ipsos confrat-
res perpetuò, pro his tantum, qui eodem festiuo, præ-
dictum Sanctissimum Sacramentum sumpserint si-
militer, indulgentiam plenariam. Quò Verò ad non
confratres, ecclesiam huiusmodi ut profertur Visitã-
tes ac eodem sanctissimo Sacramento similiter resec-
tos, pro primo anno decēniū proximi tantum simili-
ter, plenariam, omnium & singulorum peccatorum
indulgentiam & remissionem etiam misericorditer
in domino concedere & elargiri: pro reliquis vero no-
uem annis eisdem non Confratribus, septem annos &
totidem quadragenas de iniunctis eis vel alias quo-
modolibet debitis penitentiis, omnibus autem &
singulis Confratribus prædictis qui pariter Vere
penitentes & confessi ac sumpto eodem sanctissimo
Sacramento, ecclesiam prædictam in quatuor aliis
anni festiuitatibus exprimendis in literis desuper cõ-
ficiendis, Ultra^m Paschatis, Resurrectionis dominica
seu in aliqua, seu aliquibus illarum, etiam deuote ui-
sitauerint, Ibiq; ut præmittitur orauerint qualibet ui-
ce, alios septem annos & totidem quadragenas, illis
etiam qui prædicationibus, exhortationibus mis-

festum

sis & aliis diuinis officiis in ecclesia prædicta ex cō-
 suetudine Vel instituto, seu intuitu dictæ Confrater-
 nitatis pro tempore more Confratrum celebrandis
 & recitandis seu congregationibus publicis uel secre-
 tis eiusdem Confraternitatis inibi faciendis pro quo-
 cunque opere pio exercendis interfuerint. Vel Pau-
 peres, Peregrinos hospitiō exceperint aut eleemosy-
 nis, uel officiis adiuerint seu pacem cum Inimicis
 propriis uel alicuius composuerint, seu componi fece-
 rint, Vel procurauerint, Quiq; corpora defunctorum
 tam Confratrum quam aliorum christi fidelium ad
 sepulturam associauerint, aut infirmos consolati fu-
 erint, uel quascunque alias processiones ordinarias
 vel extraordinarias, tam prædictæ confraternita-
 tis quam alias quascunq; de licentia loci ordinarij
 celebrandas, dictumq; Sanctissimum Sacramentum,
 quando illud tam in processibus, quam ad aliquē
 Infirmum, ac alias, Vbicunq; & quandocunq; pro tem-
 pore deferri contigerit, comitati fuerint, seu impedi-
 mento præpediti, per alium, uel alios, associati fecerint
 aut Campanæ, ad id dato signo genu flexi semel ora-
 tionem, Dominicam & salutationem Angelicam ac
 etiam qui quinquies prædictam orationem & Saluta-
 tionem pro animabus ipsorum Confratrum in Ulti-
 ma charitate, Vita functorum, recitauerint, Aut De-
 uium aliquem ad uiam salutis reduxerint, ac Igno-
 rantes, Dei præcepta, & quæ ad salutem ipsam perti-

nent. docuerint, aut quodcunq; aliud pietatis. Vel chari-
tatis, opus exēcuerint, quoties prēmiffa uel illorum
aliquod egerint, centum dies etiam de iniunctis eis
aut alias quomodolibet penitentiis debitis fimiliter
mifericorditer in domino relaxare dignemini de grā
speciali non obstantibus quibusuis constitutionibus
& ordinationibus apostolicis ceterisq; contrariis qui-
buscunq; cum clausulis oportunis & consuetis.

Fiat ut Petitur.

ET CVM ABSOLVTIOE

a censura ad effectum, ac de indulgentia plenaria
Concessione, elargitione, relaxatione, aliisq; prēmif-
fis, Ut supra in literis latissime extendendis & quod
prēmifforum omnium & singulorum etiam, inuocati-
onis denominationis, aliorumq; circa prēmiffa ne-
cessariorum, maior & uerior specificatio, & expressio
fieri possit in literis & cum clausula Volumus.

Fiat ut petitur. Datum Romæ. Apud Sanctum Petrum
nonis Decembris. Registrata. So. xiii. Fol. iss.

Per Alexander Miletus

BVLLA PLVMBEA.

Indulgentiarum Confraternitatis Scti
Hieronimi, Penitentium cœruleorum
Tholosæ concessa a Sanctissimo Papa
CLEMENTE OCTAVO

CLEMENS EPISCOPVS.

seruus seruorum dei. Vniuersis. Christi. fidelibus. presentes literas inspecturis. Salutem & apostolicam benedictionem. saluatoris & domini nostri Iesu Christi dei patris unigeniti consubstantialis & coeterni qui in^{fa}ebili pietate sua pro redemptione generis humani peccatorum mole obruti de supremo celorum solio in hanc miseriarum vallem descendere & ex purissimis beatissime & gloriosissime. semperq; Virginis Mariae matris suae visceribus nostrae mortalitatis carnem. assumere & mortalium in tenebris ambulantium gressus in uiam lucis aeternae diligere ac tandem praedictae redemptionis praetium sanguine proprio vitaq; in excelso crucis Theatro patienter exoluere dignatus est. uices licet immeriti gerentes in terris & animarum salutem. sinceris desiderantes affectibus circa ea perq; uotiuam salutem succedat & singulae ecclesiae seruetiori deuotione zelum zelo uenerentur creditae nobis potestatis auctoritatem fauorabiliter impertimur. uniuersos utriusq; sexus christi fideles ut exinde diuinam gratiam promerenda reddantur aptiores spiritualibus muneribus indulgentiis uidelicet & peccatorum remissionibus ad id instanter inuitando. cum itaq; sicut accepimus in ecclesia sancti Antonii de sancto Antonio tholosanensi. ordinis sancti Augustini. Vna pia & deuota utriusque sexus christi fidelium non tamen unius specialis artis confraternitas sancti Hieronimi penitentium coeruleorum nuncupata ad Dei omnipotentis laudem. gloriam & ho-

norem ac animarum salutem proximique subuentionem
canonice erecta & instituta existat cuius dilecti filii
Prior & Confratres quam plurima charitatis, pietatis
& misericordiae opera exercere consueuerunt. Nos cupi-
entes ut illi ac pro tempore existentes dictae confrater-
nitatis confratres in huiusmodi piorum operum exer-
citiis, confouentur, ac magis ad ea in posterum exerce-
nda nec non alii Vtriusque sexus christi fideles ad confrat-
ternitatem ipsam ingrediendam per amplius inuiten-
tur, dictaque ecclesia indebita ueneratione habeatur &
ab ipsis christi fidelibus, congruis frequentetur hono-
ribus illique eo libentius ad ecclesiam praedictam de-
uotionis causa confluant quo ex hoc dono, caelestis gra-
tiae liberius conspexerint se esse resectos de eiusdem dei
omnipotentis misericordia, ac beatorum Petri & Pau-
li apostolorum eius auctoritate confisi omnibus &
singulis, Vtriusque sexus, Christi fidelibus uere penite-
tibus & confessis, qui dictam confraternitatem pro
tempore in perpetuum ingredientur & in ea recipi-
entur, die primi illorum ingressus & receptionis huius-
modi, si Sanctissimum Eucharistiae sacramentum sump-
serint, ac tam ipsis, quam omnibus & singulis aliis nunc &
pro tempore existentibus, eiusdem confraternitatis con-
fratribus pro tempore ubilibet, decedentibus & uere pe-
nitentibus & confessis, ac sacra Comunione resectis in
eorum mortis articulo pium nomen **Iesu** corde si ore ne-
quiuerint inuocantibus quique feria quarta quinta &
sexta, hebdomadae sanctae aut in aliqua seu in aliquibus

illarum diuinis officiis in dicta ecclesia celebrari solitis inter-
fuerint si dicta feria quinta predictum sanctissimum sa-
cramentum etiam sumperint & processiones per ipsos con-
fratres fieri solitas comitati fuerint & qui alii processioni
dictae confraternitatis die dominica infra octauam festiui-
tatis predicti sanctissimi Sacramenti celebrari solite adfu-
erint si eodem die sanctissimo Sacramento refecti fuerint
etiam plenariam. Præterea tam ipsis confratribus quam Uni-
uersis & singulis aliis utriusq; sexus christi fidelibus simi-
liter uere penitentibus & confessis qui die festo predicti
sancti Hieronimi ecclesiam ipsam a primis Vesperis vsq;
ad occasum solis diei festi huiusmodi annis singulis deuo-
te visitauerint & inibi pro exaltatione sanctæ matris ec-
clesiæ & heresum extirpatione, ac hereticorum reducti-
one nec non Infidelium conuersione atque inter principes
christianos conseruandis, pace, concordia & Vnione, pi-
as ad Deum preces effuderint quocunque die predicto
festiuo id pro tempore fecerint quo ad ipsos Confratres
perpetuo pro his tantum qui eodem die festiuo predictum
sanctissimum Sacramentum sumperint, similiter plenariã.
Quo vero ad non Confratres ecclesiam huiusmodi ut præ-
fertur uisitantes ac eodem sanctissimo Sacramento refec-
tos pro primo anno decennii proximi pariter plenariam
omnium & singulorum peccatorum suorum indulgentiã
& remissionem, apostolica auctoritate tenore presentiu
concedimus & elargimur pro reliquis Vero nouem an-
nis eisdem non Confratribus, septem annos & totidem
quadragenas. Omnibus autem & singulis confratribus


prædictis qui pariter uere penitentes & confessi sumpto
eodem sanctissimo Sacramento ecclesiam prædictam in
Circuncisionis eiusdem domini nostri Iesu Christi &
Purificationis ipsius intemeratæ Virginis, ac beatae Ma-
riae Magdalene, nec non omnium Sanctorum festiuita-
tibus, ultra festum Paschatis resurrectionis dominicæ seu
in aliqua vel aliquibus illarum, etiam deuote uisitauerint
ibique ut præmittitur orauerint qualibet vice, alios sep-
tem annos & totidem quadragenas. illis etiam qui
prædicationibus, exortationibus, missis & aliis diuinis offi-
ciis in ecclesia prædicta ex consuetudine vel instituto
seu intuitu dictæ Confraternitatis pro tempore more cō-
fratrum celebrandis & recitandis seu congregationibus
publicis vel secretis, eiusdem confraternitatis vbiuisa-
ciendis, pro quocunque opere, exercendo interfuerint
vel pauperes, peregrinos, hospicio exeperint aut eleemo-
sinis uel officiis adiuuerint seu pacem cum inimicis pro-
priis vel alienis composuerint, seu componi fecerint, uel
procurauerint, quiq; corpora defunctorum tam Con-
fratrum, quam aliorum, christi fidelium ad sepulturam
associauerint, aut infirmos consolati fuerint vel qua-
scunque alias processiones ordinarias & extraordina-
rias, tam tempore confraternitatis, quam alias quascun-
que de licentia ordinarij celebrandas, dictumq; Sanctis-
simum Sacramentum quando illud, tam in processioni-
bus, quam ad aliquem infirmum, ac alias vbiunque &
quandocunq; pro tempore deferri contigerit, comitati
fuerint, seu impedimento præpediti per alium vel alios

27

associari fecerint, aut Campanæ ad id signo dato genu flexi, semel orationem dominicam & salutationem angelicam ac etiam qui quinquies prædictas orationem & salutationem pro animabus ipsorum Confratrum in christi charitate vita sanctorum recitauerint, aut deuium aliquem ad viam salutis reduxerint, ac ignorantes Dei præcepta & quæ ad salutem ipsam pertinent docuerint, aut quodcumq; aliud pietatis, uel charitatis opus exercuerint quoties, præmissa uel illorum aliquod egerint centum dies de iniunctis eis aut alias quomodolibet debitis penitentiis misericorditer in domino relaxamus Presentibus. quoad ipsos christi fideles non confratres prædictam ecclesiam uisitantes ut præfertur ad dictum decennium. Quo uero ad alios, singula præmissa peragentes perpetuis temporibus duraturis, Volumus autem quod si confratribus & alijs christi fidelibus prædictis ratione præmissorum uel alias, aliqua alia indulgentia perpetuo uel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, eadem præsentibus, nullius sint roboris uel momenti. **Datum.** Apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dominicæ, millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, nonis decembris **Pontificatus nostri anno tertio.**

Nous Banquiers de Tolose soubz signés certifions & attestons a tous les copies des signature & bulles cy deuant au presant liure transcriptes auoir este extraiçtes de leurs propres originaux & par nous deuement collationees, verification, prealablement faicte comme les dictz originaux sont vrays & expedies en cour de Rome, en foy de quoy nous somes icy soubz signés a Tolose ce premier Aoust mil six cens neuf.

Secantre




Nos Claudius Duvergi
Episcopus Trauensis sacri consistorij con-
siliarius notum facimus placuisse Christ-
ianissimo Ludouico Justo Gallia & Nauarra
Regi inuictissimo recipi in fratrem &
Protectorem huius almae societatis ac
manu propria Chirographum pagina
sequenti affosuisse nobis sacrae Maestati
calamum ministrantibus in Palatio
Archiepisc. To. Die 23. mens. Xo. An. 1621.
coram celeberrimo Principe D. D. de Soinuille
& Fauier dictae societ. ceremoniarum
officiumque magister. In hoc fidei, has supra
proprietate, ad hunc modum, quod si
appropinquat inuenerit


Duvergius. Episcopus Trauensis



Carulea dum in veste Deum Lodoicus adorat,
Carula quod scripsit nomen ad astra volat.

Dino F...
D...
F...






1
Nos Simon de peyronet presbyter sacrae
theologiae doctor Canonice Ecclesie
Cathedralis montalbanensis rector parochialis
Ecclesie beatae mariae de Auro ne non In diocesi
ae provincia tolosana prometropolitano fidei
facimus et Atestamur quod anno 1659 Ludouicus
XIV gallie et nauarra rex christianissimus
Tolosam cum uenisset Ludouici XIII genitoris sui
uestigiis Inhaerens Ingenita sibi qua fulget pietate
deuota caruleorum penitentium Sodalitatis adscribi
uoluit. unde anni eiusdem die 19^a octobris ipsi ad
Eius Sodalitatis Sacram aedem aduentanti Effusa
Sodalium multitudo Cruce praecunte continua
serie prodiit obuiam. progressus ad templi fores
a nobis est aspersus aqua Australi postea In
genia prociumbens Crucem quam ipsi osculandam
obtulimus demissimè ueneratus adorauit Inde In
Sacram aedem Symphonicorum concentibus resonantem
Ingreditur et Sanctissimo missae Sacrificio deuote
astitit. hinc praecunte eodem Sodalium agmine
ad magnatum turba In odeum superius deductus est
ibi rote seruatis, quae In nostris Constitutionibus
praescribuntur, allectus In fratrem nostrum est
ae nostrae Sodalitatis sacrum caruleum humero
Impositum pie suscepit, nomenque suum gloriosum
tabulis nostris sua manu Inscriptis, adstantibus
Serenissima Anna Austriaca eius matre piuntissima
philippo Borbonio Rege Andegauensi eius fratre
unico, Armando Borbonio principe de Conti aliisque
summatibus qui distinctius recensentur In narratione
superiori de his a nobis scripta gallico idioma.
In cuius rei testimonium hanc chartam manu
nostra subscriptam et sigello Sodalitatis
munitam dedimus Tolosa die XXI^a octobris
anno. 1659. Peyronet Vicarius Sodalitatis Tolosanae
penitentium caruleorum

SACCVM PONE OPERIMENTVM. I. 132. 70

Louis

Cerulea ut vestis pietas e corde Paterno
effluit, ad aethereos sic redit aucta choros.



Edo Josephus Franciscus Bequē Sacra Theologia
Doctor, ecclesia parochialis Sancti Sulpitii de la
pointe quondam rector, necnon penitentium coaruleorum
Scolæ Sodalitii viceprior, fidem facimus et testamur
quod Ludovicus XV dilectissimus galliæ et navarra
rex, ingenitâ sibi quâ fulget pietate motus, et felix
memoria Ludovici XIII et XIV prædecessorum
suorum vestigiis inhaerens, devota nostra Sodalitati
adscribi voluit, quapropter in presentibus tabulis nomen
suum libenter, multam erga Sodalitium nostrum bene-
volentiam demonstrans, munus propriâ ipse rex
payinâ sequenti inscripsit die 10^o Julii anni 1757:
unde die vigesima sexta octobris proximo sequentis,
convocata præstantissimorum consiliorum multitudine,
missam majorem cum symphonia et musica solemniter
celebrantes, rogatis et vocatis Suprema curia parlamenti
Senatoribus, viris capitulinis, aliisque omnium ordinum
multis, præfatum dilectissimum regem Ludovicum, juxta
Cæremonias in Statutis præscriptas reverenter in fratrem et
protectorem receperimus. Atque tanta beneficentiâ extat apud nos celebris
memoria in narratione fusioni de his idiomate galliæ
scripta, in cujus testimonium hanc chartam munus nostrâ
subscriptam dedimus. Jolossæ anno domini 1757 die
vero 28^a Julii Bequē viceprior

Phylax

Dos, Josephus Franciscus Beque Sacerdos Theologiae
Doctor, ecclesiae parochialis Sancti Sulpitii De la
pointe quondam rector, necnon penitentium coruleorum
Solosa Sodalitii viceprior, testamur et fidem facimus
Serenissimum et illustrissimum principem Ludouicum
galliae Delphinum, inuictissimi regis Ludouici XVⁱⁱ
genitoris sui pietatem et exemplum. Scutum, in fratrem
nostrum describi uoluisse, et manu propria in tabulis
presentibus chirographum apposuisse. Die Decima
Ibris anno 1757: unde die vigesima Sexta mensis
octobris proxime sequentis praestantissimorum fratrum
multitudine conuolata, missam Solemnem cum
Symphonia et musica in Saello Sodalitii celebrantes,
caeremoniis in Statuto praescriptis accurate seruatis
praefatum principem Ludouicum Delphinum in fratrem
nostrum cum reuerentia recepimus, rogatis et
uocatis quibus supra in receptione Dilectissimi regis
Ludouici Decimi quinti, in hujus fidem et testimonium
praesentem chartam manu nostra subscripsimus
Solosa die 26. Ibris 1757 Beque viceprior





Louis

Nos Franciscus De Cabellan, pbr,
Canonicus Insignis, Ecclesie Abbatialis Sancti Petri Moysa-
censis, in Senatu Franco Senator Clericus, & Regii Penitentium
Caruleorum Tolosa Sodalitii Ex Viceprior & Sensor, testamur & fidem
facimus, Serenissimos Principes, Ludovicum Ducem Burgundia
et Carolum Bituricum Ducem, Serenissimi Delfini
Filios, qui Tolosam advenerant die xiv. hujus mensis Februarii,
fraternali erga Philippum Quintum Hispaniarum Regem
pietatis officio functi, ipsaque ad primos usque Hispania
fines comitati, in Fratres nostros adscribi voluisse: Invidiosissi-
morum Regum Ludovici Juste piæ memoria, et Ludovici
Magni feliciter Regnantis, Atavi Avique sui, vestigio jace-
inherentis, Quorum cum pergratum illis fuisset Augustissima
Nomina in hoc Libro recognoscere, sua libenter, multam erga
Sodalitium nostrum Benevolentiam demonstrantis, addiderunt,
nobis Salamum ministrantibus, Oratione prius coram Illis
habita: adstantibus Sodalibus quamplurimis, faventi et
magno cum studio Introducenti Illustriss. ac Reverendiss.
D.D. Archiepiscopo simul ac Confratre Nostro Joanne
Baptista Michaelæ Colbert. Et hæc quidem Acta in
Palatio ejus Archiepiscopali, diebus xvi. & xvii. ejusdem
mensis Februarii; Serenissimus Dux Burgundia scilicet
Nomen suum propria manu adscripsit pagina præcedenti
die xvi. et similiter postera die Dux Bituricum
pagina sequenti. Presentibus inter ceteros Domino
de Percin Dño de Seil Vicepriori, Domino de Boyer
olim Priori Provincia Occitania Sindico Generali, Magistro
Arnaldo Brocour^{Paris} Sacris Sodalitii Preposito, et
Magistro Joanne Francisco Thouron Sodalitii Sindico,
qui hoc nostrum Testimonium, in fidem perennemque
gestorum memoriam, Nobiscum subscripsero.
Tolosa, die xx. mensis Februarii. MDCCL.
De Cabellan & Percin Seil


de Boyer
Brocour Boyer
Thouron Sec

Charles.

Nos joannes baptista De la tour Saint paul et
prior, ecclesia cathedralis castrensium canonicus, in jure
civilium et canonico Licenciatus, necnon regii penitentium convulcorum
Sodalitii viceprior, testamur et fidem facimus ~~facto~~ serenissimum
et illustrissimum principem Ludovicum augustum gallie
Delphinum, Ludovici patris sui pia memoria Delphini, necnon
Ludovici decimi quinti dilectissimi regis regnantis avi sui
pietatem, et exempla secutum, in fratrem nostrum adscribi
et recipi voluisse; quapropter suam erga Sodalitium nostrum
benevolentiam demonstrans, in presentibus tubulis a nobis
presentatis et calamum ministrantibus nomen suum libenter
pagina sequenti, propria manu ipse Delphinus scripsit; in
huius rei memoriam et fidem, manu nostra, presentem
narrationem sub signo nostro dedimus die et anno quibus infra.


Testamur pariter quod eodem die serenissimi et
illustrissimi principes, Ludovicus Stanislaus Xavierus, et Carolus
philippus, Supradicti Delphini, amantissimi fratres eundem,
nostram erga Sodalitium benevolentiam demonstrantes, suorumque
illustrissimorum, avi, et genitorum vestigiis inhaerentes, sequentibus
pagina nomen suum, in fratres recipi cupientes scripserunt
actum est hoc, Compendio in palatio regio, presentibus
illustrissimis ac prestantissimis viris DD: De la vauquion duc
et pari francia, gubernatore; et D. De Coetloguet episcopo quoniam
Lemoicensi, proleptore; die 12. Aprilis 1767


L. De la tour St paul et prior viceprior





Charles L. Mudge





Louis Francis de Bourbon - Le 9^e juin 1730

M. Joannes felix henricus de funel episcopus et comes lodovensis
et montisbruni regi ab omnibus consiliis de nec non regi poenitentium
caesareum Sodalitii civitatis tolosane, ex prior, testamur et fidem facimus
Reverendissimum et illustrissimum principem ludovicum de borbonis, in
fratrem nostrum adscribi et recipi voluisse: quapropter suam erga Sodalitium
nostrum benevolentiam demonstrans, in praesentibus tabulis nomen suum
libenter pagina sequenti propria manu ipse princeps scripsit: cuius
rei memoriam et fidem manu nostra praecedentem narrationem sub signo
nostro dedimus; parisii anno millesimo septingentesimo sexagesimo nono
die vero decima tertia augusti; Regnante ludovico decimo quinto

+ Joannes felix henricus de funel episcopus et comes
Lodovensis, ex prior.

Louis de Bourbon